

QK. 267, 2b.

Reusner,

IV

Z d  
5880



17K.



Zd 5881

7

NATIONIS SILESIACÆ  
FERALE ELEGIDIUM,  
DICTUM

*BEATISSIMIS MANIBVS*  
PATRONI, PROMOTORIS ATQUE CONTER-  
RANEI SUI VENERANDI,

*MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, EXCELLEN-  
TISSIMI, JURISCONSULTISSIMI QUE VIRI,*

**DN. JEREMIAE REUSNERI,**  
LEORINI SILESI, JCTI,

IN ALMA WITTEBERGENSI ANTECES-  
SORIS PRIMARI AC ORDINARI, CURIAEQUE  
ELECTORALIS, SCABINATUS ET CONSISTORII  
ECCLESIASTICI ASSESSORIS SPLENDIDIS-  
SIMI, EJUSDEMQUE MERITIS-  
SIMI,

IPSO ÆTATIS SUÆ ANNO LXIII. QUEM CLI-  
MACTERICUM MAGNUM VOCANT,

Anno Christiano clō Ia c LII. Pro pridie KL.VIII bres, qui  
D. Michaeli Archangelo sacer erat, vesperi intra Ho-  
ram IIX. & IX. rebus humanis, hoc est,  
mortalitati, exempti.

---

WITTEBERGÆ,  
Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.



**R**istis ah ingemina querulos Elegeia  
planctus,  
Unde trahis nomen, flebilis ede  
sonos.

Mors iterum in Patres dum sævit sæva Lycæi,  
Idq; audet miseris dilacerare modis:

Non contenta, Viros divino dogmate claros  
Annorum spatio surripuisse brevi.

Panlophiâ, & diâ magnus MARTINUS in arte,  
Letifero occubuit vulnere; nec satis est.

Sensit idem ingenij LYSERUS acumine notus,  
ROBERUSq; sacro maximus eloquio.

Nunc, rerum sic Arbitro moderante, Themistos  
Aggreditur Proceres, Eunomiæq; Patres.

Nondum bisseis claudens Sol mensibus annum  
E mensus semel est per sua signa viam:

Postquam TAUBMANUM Caput acceptabile  
Juridici luxit nobilis ordo chori. (Musis

Nunc nova REUSNERUS, quo non fuit *ordine*  
*Antistes Legum*, Causa doloris obit. (*major*

Cujus in elogium Polyhymnia laudibus impar  
Impariter junctis versibus ire timet.

Grande cothurnati cum nôrit id esse Maronis,  
Adq; lyram Flacci dulce-canentis opus.

Quis

Quis satis ingenium, studiū quis laudet, ut æquum  
Quo solitus leges explicuisse fuit? (est,  
Ut *titulos juris FORSTERO Præside summos*  
Auferret studiis digna brabæa suis.  
Hinc fuit *Assessor*, post illum tota Facultas  
Ut legeret, Patruī jus sit obire vices.  
Cumq; Viri spectata satis sincera fuisset  
Cum præcellenti dexteritate fides;  
Inde, Professorum numeros augere jubetur,  
Maxima quos leges cura docere tenet.  
Tota Patrum veneranda cohors consentit in illo  
Ornando, fasces ter quoque ferre jubet.  
Quis neget, his quod sit meritis & laudibus impar  
Musa per undenos emodulanda pedes?  
Ergo Elegi potius, quod vestrū est, *flete Patronum,*  
*Vos, quos junxit ei Patria, flete Patrem.*  
Et tumulum instruite, & tumulo superaddite car-  
In quo Patrono debitus extet honos: (men,  
REUSNERUS. JACET. HEIC. DECUS. IMMOR-  
TALE. THEMISTOS.  
ORDINE. SUPREMUS. JURIS. IN. ARTE.  
SENEX.  
URBS. GENITO. IN. LUCEM. VITAM. LEORI-  
NA, SILESUM.  
INGE-

INGENII. FAMAM. LEUCORIS. ALMA:  
DEDIT.  
HÆC. CORPUS. PLACIDA. COMPOSTUM,  
MORTE. FOVEBIT.  
AST. ANIMAM. ZION. SUSCIPIT. ÆTHE-  
RIUS.  
QUO. SIMULAC. CANIT. ANGELICAS. ECCLE-  
SIA. PUGNAS.  
VICTRIX. ANGELICA. DUCTA. TRIUM-  
FAT. OPE.



REUSNERUS. JACET. HIC. DE CLIS. IMMOR-  
TALIS. THEMISTOS.  
ORDINE. SUPREMUS. JURIS. IN. ARTE.  
SENEX.  
URBS. GENITO. IN. LUCEM. VITAM. LEORI-  
NA. SILESIUM.  
INGE-



ca-  
&  
vi,  
A-  
m  
ous  
io;  
us.  
am  
m,  
de-  
tia

ULB Halle

3

004 703 960



Kd 5880 ~~614~~

n. 5





PATRONI  
 BEA  
 MAGNIFICA  
 TISSIM  
 DN. JER  
 LE  
 IN ALMA  
 SORIS PRI  
 ELECTORAI  
 ECCLES  
 IPSO ET  
 MACT  
 Anno Christi  
 D. Micha  
 rar

1881 7



TER.  
 LLEN.  
 NERI,  
 TECES.  
 IÆQUE  
 TORII  
 IS-

CLI.  
 lbres, qui  
 lo-  
 ypogr.

